



Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 2. Simulata, seu hypocritica paupertas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

450 Cap. XVII. Vera laus paupertatis,
voluntaria, secunda necessaria, tertia simulat-
ria. Prima landabilis, secunda tolerabilis, ter-
tia detestabilis. Prima pauperum Christi, secun-
da pauperum mundi, tertia pauperum diaboli.
Prima cum merito, secunda sine merito, ter-
tia cum demerito. Hunc ordinem si inver-
mus, propemodum respondebunt hæ classis
ijs, quæ suprà ex Hugone attulimus; nūl
quòd in primæ alteraq; classe aliquid varia-
tur. Sed tertia Hugonis, quæ præcipua est,
omnino eadem est, cum prima Bernardini,
verùm cum magna paupertatis commen-
datione deducta. Omnes autem classes ego
giè declarant, quid sit in hoc genere fugien-
dum, quid obuijs vlnis ab illis, qui perfe-
ctionem amant, aut diuinæ se se prouiden-
tiæ accommodare student, amplectendum.

§. II.

Simulata, seu hypocritica paupertas.

Simulata ergo, detestabilis, diabolica, &
inferno digna paupertas est, seu diuitis, seu
egentis inuiti; hoc ipso pauperis, quia cu-
pidus & auarus est: tantum enim illi deest,
quantum cupid habere; tantumque torque-
tur animus eius, quantum inexplebilis a-
uaritia suggerit esse cupiendum. Attenuetur
fame rebur eius, & inedia inuadat costas illius.

Nihil

Iob. 18.12.

Nimirum auri sacra fames istos extenuat; & cùm non habent, quem deuorent, media consumuntur. Hi quò plus habent, plus desiderant; & semper, quò plus bibunt, plus sitiunt; sicut qui falsas maris aquas hauriunt, bibendi appetitum semper magis accidunt. Etsi ergo aureos montes possident, tamen contenti non sunt, & simulant, se etiam ijs egere, quæ recondiderunt, dum verè egerint eo, quod optant, atque idcirco cruciantur. Hoc est, quod Propheta ait: *Si mul in unum, diues & pauper.* Diues in auaritia, pauper in substantia. Parum enim illi videtur esse, quod habet; multum quo caret. His Apostolus scribit, *nullius aliquid desiderat.* Thessal. retio. Addit glossa: *Nedum rogetis, vel tolatis.* Quo loco prohibet cupiditatē rei alienae, iuxta illud: *Quis furabatur, iam non furatur.* Ephes. 4. Magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat, unde tribuat necessitatem patienti. Spectant ergo ad hanc classem pauperum, omnes fures, prædones, exactores iniqui, quia decet illis id, quod volunt clere, rapere, prædari, aut importunitissime exigere. Spectant huc omnes auari, & ipsi etiam, qui in ponte sedent ad stipendia exigendam, cùm thesauros seruant sub cunctis.

452 Cap. XVII. Vera lans paupertatis,
conibus, & à verè indigentibus eleemosy-
nas auertunt. Quin nec illos hinc religiosos
excludit D. Bernardinus, qui vt conuiuijs
possint vacare, & cuticulā suam curare, ne-
quaquam, vt pauperes decet, conuiuantur
atque ad hoc subditos suos nimis opere gra-
uant. Horum meritò omnium vocat san-
ctus ille hypocriticā & falsam paupertatem
quæ execrabilis est, & diabolica, cui non
promittitur *regnum celorum*, sed caminus
ignis ardantis. Nam tales cum diuite illo in
inferno sepeliuntur.

§. III.

Necessaria paupertas.

Secunda paupertas, varijs de caussis, est
necessaria. Neque enim ficta, sed vera est,
& vel non optanti venit; quia illi her-
editaria est, aut propria culpa, aut casu, aut
certè diuino consilio & prouidentia accidit.
Nonnulli enim à quatuor auis sunt paupe-
res. Nonnullos tesseræ aut astragali, aut
Iudus pilæ fecit pauperes. Quibusdam di-
uitiæ per guttur defluxerunt. Quosdam
naufragia, quosdam incendia, quosdam
bella atque hostes, quosdam tutores, quo-
dam fures ad incitas redegerunt. Denique
mille sunt scopuli, ad quos opes alliduntur.

Itaque